

In altera.

Taurus celerrimè indomitus ad laevam subsilit, decurritqz uiam. Supra feram. P. infra. L. THORIVS BALBVS.
Cum nummum argenteum domi meae habeo.

In una parte.

210. Blasius cernitur galeatus, laevo obtutu, quo modo alias delineauimus. Supra frontem est stella, ad ceruicem spica. Inscriptio. CN. BLASIO CN. F.

In altera.

Juppiter inter natam, ac coniugem, quemadmodum antè descripsimus, reperitur, iisdem omnino gestibus. Pro Luna tamen, quae inter Iouis, Palladisqz crura reperiretur, hic est oleagineus ramulus. Deiqz caduceum fert laeva manu. infra. NO. Et inde sculptus est Pegasus, ad dextram deuolitans. Nummus hunc argenteum habet in bonis suis D. Gulielmus Coulius Lugduni.

In una parte.

211. Corona è lauri baccis confecta, cernitur, in qua Salutis est imago, ad laeuam obtuentis, capillo inuoluto leuiter, tutulo ornata. Subter collum legitur. SALVS P.

In altera.

Victoria in biga stans, sinistrorsum citissimè currit, una souticam tenens adigendis feris, altera habenas regens. Sub equis locustae campestres adparent. infra. D. SILANVS L. F. Nummum hunc argenteum meminisse me uidisse Roma apud D. Antonium Augustinum.

In una.